FRANCKESCHE STIFTUNGEN

DFG

6. Epistolar

Brief von August Hermann Francke an [Frederick Slare ?].

Francke, August Hermann

Halle (Saale), [08.08.]1702

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downlaoded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-13826

Visual Library

22

Vir Clarissime et Doctissime,

Quas praesentibus inclusas mitto Michaelis Belckii literas, ~~testes accipe~~ eas (etsi sero, non tamen ulla optimi juvenis sed mea potius culpa, ~~de~~ cujus Tibi rationes Dr. Ludolfus pluribus exponet) testesque ~~probitatis~~, modestiae, ~~vitae~~ morumque incorruptorum, quibus ille se in dies beneficiis Tuis reddit digniorem. Certe in studiis pariter ac pietate ea sumsit incrementa, ut non tantum qui altiora studia tractet, inque humanioribus proprii exercitii gratia exerceat juniores, idoneus a nobis habeatur, sed etiam sine ~~periculo~~ metu ullo, ne licentia ~~academica~~ majori corrumpatur, proxime ~~adscribi~~ civibus Academicis adscribendus sit. Ita porro methodo studiisque nostris innutritum, et ad Angliae utilitatem factum formatumque, elapso uno alteroque anno, ad Te redditurum spero, votisque tuis et expectationi ~~satis~~ plenius satisfacturum. Et forsitan unum quum miseris, habebis duos. Contubernalem enim Belckio dedi optimi indolis et spei haud mediocris juvenem Homannum, eo fine, ut iisdem studiis eidemque methodo hic loci adsuefacti, in Anglia quoque tanto felicius suas aliquando in juventute informanda operas conjungant: id quod tamen provido ac sapientissimo numini unice relinquendum. De caetero videbis in Belckii literis, quod meo, ut hactenus quoad praedicationem verbi ita nunc etiam quoad usum sacrae coenae, frui ministerio velit. Ea de re quis sit animi mei sensus, non potui quin Tibi perscriberem. Amo juvenem, ut filium, et nolim ipsum repellere, innocenter et fiducia quadam filiali, qua me complectitur, rem sacram a me petentem. Neque propter hunc sacrae coenae usum nova quaedam secta apud nos adscriberetur, qui dolemus potius inter Christi membra, inprimis vero illa de coena dissidia, vel speciem saltem schismatis alicujus foveri. Per nos fieri posset, ut hic nostris, in Anglia Anglicanae Ecclesiis sacris utatur, neque id ii, qui Christum non secundum carnem norunt, et regnum Dei non in verbis, formulis ac phrasibus, sed ~~in veritate~~ ἐν δυνάμει collocant, pernicioso hyperetismo tribuent.

ros existimarim. Ast quia ~~mala quædam, quæ aufferri~~
~~nequeunt, ferenda tantisper sunt, ergo nescio an~~ infir-
miores apud vos, studio sectæ præpediti, de eadem re longe aliter
judicare ~~possent~~, et optimum juvenem propter usurpata
Lutheranorum sacra ~~fuis~~ a patria religione alienum
credere possent, deferendum petitis ejus minime credidi
nisi de consensu tuo me reddidisset certiorem, cui
status ecclesiæ Anglicanæ melius, quam mihi est perspectus.
Ferenda sunt mala quædam, quæ aufferri nequeunt,
et vulnera lenitis remediis sananda, quæ, violenta adhi-
beantur, ingravescunt, imo mortem adferunt. Peto igitur
ut quid e re esse arbitraris, brevi rescribas, relinquenda
sit Boltio sua, quam exoptat, libertas, an ad reformatæ
Ecclesiæ Ministros, quos et Germani et Galli hic habent,
sit ablegandus, locatâ tanto majori fiducia in ipso DO-
MINO, ubi minor esse videtur in ministris. Mihi perin-
de esse, ~~certissime scias~~, neq alla me persuasione in alter-
tram partem uti, certissime scias, utpote qui omne alter-
candi studium, zelum pro secta potius quam pro Dei gloria,
et qui sunt ejus farinæ alia in perpetuum agere exilium
mallim, quam ea augere ac promovere. Simus, ex mo-
nito Apostoli, ἀληθεύοντες ἐν ἀγάπῃ. Singularis
favor, quo hactenus Wigersium una cum ~~et suis~~ reliquis, ~~qui~~
amicis meis comprehensos quasi in sinu tuo fovisti,
certum me reddit fore, ut æqui boniq consulas omnia.
sicuti id tibi affirmare possum, animum meum ita
tibi deditum esse, ut non videam, quid meo erga
Te amori addi possit. Vale et me immerentem amare
perge.